

Pontificatus sui anno. 1. hanc eandem facultatem [absoluendi quoslibet ab omnibus peccatis, & censuris. etiam in Bulla Cænæ Domini contentis, & reseruatiss] à Paulo. 3. concessam pro terris, & prouinciis Sarracenorum & aliorum Infidelium ampliauit, & extendit ad alios viginti annos computandos à data prædicta. Sed aduerte, eiusmodi concessionem, & nouam confirmationem priuilegij Pauli. 3. à Gregorio. 14. factam, non tollere nec infirmare huius concessionis perpetuitatem à Gregorio. 13. concessam de qua supradictum est: quia illa firma, valida, & perpetua manet, quo ad vsq; per Sedem Apostolicam reuocetur.

8 ¶ Pius. 5. die. 12. Maij anni Domini. 1568. ad instantiam Reuerendi Patris Fratris Ioannis de Aguilera ordinis Minorum Commissarij incuria Romana, concessit [vixæ vocis oraculo] omnibus Prouincialibus, in partibus Indiarum commorantibus, vt eligant in quolibet conuentu duos fratres doctos, qui habeant auctoritatem absoluendi in casibus, in Cænâ Domini contentis. Hoc Oraculum authenticum habetur in Collegio diui Pauli de Mexico, & apud patres Augustinientes in